Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35431
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

21.

Calumpnia est falsi criminis impositio vel ex causa falsi petitio Calumpniator is qui facit Calumpniator dicitur falsi criminis impositor sciens Calumpniari dicitur falsa crimina alicui scienter imponere

Capere aliquam dicitur ab accipere Nam ille capit qui res sit sua Sed ille accipit qui res non sit sua

Caracter est indelebilis spiritualis potestatis dignitatis vel auctoritatis adtributo scilicet datur et imprimitur in ordine vel baptismo impressus numquam deletur ut in c. i. de divor et c. i. Unde quidam

Captio i. deceptio vel dolus unde dicitur Captiose i. dolose ut in c. veniens de testi. cognitatorum

Calculus dicitur quedam ratio Et dicitur falsi computus vel computatio Item dicitur quedam pena sive lapis Item dicitur quoddam pondus de quo in l. Conicus C. de errore calculi

Canonica portio dicitur illa que a canone ecclesie parrochiali est deputata de eis qui a parrochiano defuncto pro anima sua cum aliis que in parrochiali ecclesia elegit sepulturam Et debetur ista portio canonica secundum varias consuetudines Nam alicubi debetur medietas Alicubi tercia pars vel quarta datur que consuetudo in hoc solummodo ponderatur ut in c. certificantur extra de sepul. Sed qui parrochianus eligit sepulturam apud mendicantes vel minorem tunc non consideratur consuetudo sed ipse debetur quarta ecclesie parrochiali ut in cle. dudum de sepultura

Cardinales dicuntur quia ecclesiam regunt universalem Et dicti sunt a cardine quia sicut hostium regitur a cardine sic per ipsos regitur universalis ecclesia ut in c. i. presbiteri xxiiii di. Dicuntur eciam cardinales quia presbiteri sunt principales quia per eos dicitur officium in ecclesia regi ut in c. ministerium de offi. archipbri. Et Cardo omnium ecclesiarum dicitur papa ut in c. Cum venerabilis de consue.

Carena dicitur pena alicui iniungenda que est vulgaris Italicorum Et dicitur carena a carencia hominum et cibariorum quia tales solent excludi in loco solitario ut careat consorcio hominum pro ut dicitur eis ad penam iniuncta pagendo de quo in c. accusasti extra de accu. et in c. iii de spon duorum ut in glo. ibidem

Cassitare i. minuatim scillare

Cathecuminus dicitur in fide instituti an ianuas ecclesie nondum baptizati

Cathesismus dicitur illa instructio Et dicitur a cathesizo i. in fide instruere ut in c. ... pro cathesismus de cons. di. iiii

Causa dicitur durand. diffinitur ut in c. forte de ver. sig.

Causa spiritualis dicitur causa ecclesiastica

Causa possessionis in qua de sola possessione contencio versatur Et dicitur iudicium possessionis

Causa petitoria est in qua de sola petitione queritur Et dicitur iudicium petitorium ut de cau. pos. et prope c. pastoralis

Causa quasi spiritualis dicitur causa mixta spirituali vincta ut est ius patronatus ut in c. quanto extra de iudiciis

Causa civilis dicitur cum agitur causa pecuniaria vel rei vendicacione pro aliquare vendicanda qua dicitur actor esse sua vel sibi debere ut in c. peruenit et in c. ult. extra de libell. obla.

Causa criminalis dicitur cum ducitur agitur de crimine pro pena sanguinis infligenda et actor se talionem inscribit ad talionem ut in c. veniens de accu. et in l. transire C. de transactione

Causa dicitur mixta que nec dicitur mere civilis nec mere criminalis ut est illa qua agitur super crimine cumulative ut qui agitur de adulterio ad separacionem thori et non ut adulter criminaliter puniatur sed solummodo ut minimorum separetur quo ad thorum

Causa minima dicitur causa duorum aureorum seu florenorum quia pro ea non datur actio de dolo ut ff. de dolo sed alium insti. Vel dicitur illa que non sufficit